

conservare; creatis ad id ñ Viris
eruditissimis civibus Francisco Ma-
ria Jos. F. Brigio, & Raimundo Pet.
Ant. F. Santinellio Comite Metulæ,
utroque ex Vexilliferorum Ordine, jus-
sistis, ut tutiori, nobiliorique in lo-
co PISAURENSIA MARMO-
RA collocarentur. Quot vero quan-
tisque laudibus vestram providentiam
una voce omnes extulerint VOS ipsi
audistis, quum in eam, in qua nunc
exstant, aulam comportarentur. Illud
tamen deerat, postquam tantis plausi-
bus, tantaque omnium ordinum ad-
probatione gratiæ VOBIS actæ sunt
immortales, ut publicum quoque, &
quod seris etiam nepotibus innotesce-
ret tantorum in Rempublicam merito-
rum testimonium daretur. Id autem
ad neminem prius quam ad me per-
tine-